Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-69179-p0001-3

64

RECTOR ACADEMIÆ LIPSIENSIS.

CErtiſsimum eſt, neminiq́; non obvium inter innumeras virgas juſtitiæ divinæ adminiſtras, qvas ſupremus ille vin-
dex ad iniqvitatum humanarum vindictam exerere conſuevit, & quibus ad enormiſsima flagitia caſtiganda utitur,
triplicia illa pœnarum genera bellum nempe, peſtem ac famem eſſe & freqventiſsima, & ſeveriſsima, ac veluti tri-
cuſpis illud Neptuni ferrum uno in ſtipite junctâ. Qvotiescunqve enim Deum ter maximum aut iratum, aut ju-
ſtitiæ ſuæ flagella mundo minitantem nobis deſcribunt ſacræ paginæ, toties fermè illa tria tela conjunctim in a-
ciem produci novimus. Apud Jeremiam certè indignatio divina hæc tria ejaculatur tonitrua individuo ſodalitio: *Per-
ſeqvar eos gladio, fame & peſtilentiâ.* Ita qvoqve apud Ezechielem c.6.11. ob populi infidelitatem & idololatriã
Deus ad juſtam concitatus indignationem ijsdem flagellorum comminationibus Iſräelitas terret, Prophetæ in-
jungendo: Percute manum tuam & allide pedem tuum, & dic heu ad omnes abominationes malorum domus Iſrael, qvia gladio, fame ac
peſte ruituri ſunt. Item etiam innuere veteres, qvi Jovis in cœlo tonantis dextræ triſulcum addebant fulmen, qvo illum telo omnia in
terra concutere ac perterrefacere credebant. Quæ licet Poëtica, vera tamen, Dei ſiqvidem noſtri dextram triplici hoc flagello veluti triſul-
co juſtitiæ ejus telo, quo in terram horrendè ſævit, iram juſtiſsimam exerit, ſuamqve indignationem oſtendit, obarmatam eſſe ſcimus.
Licet verò hactenus peſtis ac gladij ictibus ſaltem percuſsi ac lacerati fuerimus, tertiiqve famis ſcilicet ſpiculum, Dei gratiâ, corpora no-
ſtra nondũ ſtrinxerit; attamen ſat præſentibus vulnerati, ſat læſi, ſi non exſternati ſumus, ut divinam ſi caſtigationem qvis non agnoverit, il-
lum non ſolum ferrei aut lapidei cordis, ſed Diabolici eſſe ingenij credamus. Ne verò & reliqvarum terrificos ac ſpumantes plagarum im-
bres in nos Deus effundere cogatur, ante ipſum ſupplices ſtemus, ac uno ore omnes delictorum veniam poſcamus, ſic ad effectum cordis ſu-
premus rerum arbiter æqvos admittet rogatus, ſic pœnarum graviſsimarum vulnera iterum ligabit, ſic nos tandem æternitati ab omni ſan-
gvine aut peſtifero vulnere liberæ omnes conſecrabit.

Ad qvam, in ipsâ plagarum ἀκμῇ, lætiſsimo pervenit animo, fœmina & pietatis & omnigenæ honeſtatis laude coruſcans, MARGARE-
THA SCHILLINGIA, Conſultiſsimi, & Clariſsimi Viri, Dn: JOHANNIS FRITSCHII J. U. D. & Practici Conjux fideliſsima. Hæc,
ut pro more de illius ortu, vitæ curſu, ac exitu, doloris maritalis leniendi causâ piè defunctæ commendationem publicitùs inſtituamꝰ, uſuram
hujus caducæ lucis cepit, anno ſupra milleſimũ ſexcenteſimũ, ſexto, 11. die Menſis Aprilis, hîc Lipſiæ. Parens ipſiꝰ, ut neminẽ noſtrũ fugit, ex-
titit Vir Ampliſsimus, Excellẽtiſsimus, & Experientiſsimꝰ, Dn. SIGISMUNDUS SCHILLINGIUS Medicinæ Doctor, Profeſſor publicꝰ,
Facultatis Medicæ Decanꝰ, Collegij Beat. Mar. Virginis Collegiatꝰ, Nationis Polonicæ Senior, hujuſq; Academiæ Decemvir &c; ille vir, Hip-
pocratis ſemine proſatus, qvi cauſas ſcrutãdo morbi inquirens eaſdem facilè cognitas optatã patriâ ſedulitate pernox ac perdius opem ægris
monſtrabat, in hoc ſaltem inglorius, qvod illa ipsâ curâ Medicâ proprium producere ac prolongare fatũ minimè potuerit. Matrẽ verò agno-
vit ἡμακαρῖτις Matronam honoratiſsimam, MARGARETHAM, Conſultiſsimi & Excellentiſsimi Viri, Dn. JOHANNIS Oettweins J.U.D. Con-
ſiſtorij Electoralis, ut & Juridicæ Facultatis, Aſſeſsoris, Collegij Principum Collegiati, & Academiæ noſtræ Decemviri filia, cujus genetri-
cis animum hic turbatus mortalitatis ordo immane qvantum turbat. Horum verò parentum ope piè demortua, ſacro fonti Baptiſmatis ad-
mota fuit, inqve pietatis ac honeſtatis, nec non omniũ virtutum cultu adolevit, Pſalterium Davidis in lacteo adhuc ætatis flore, ad vnguem,
ut & variarum ſcripturæ divinæ memorabilium ſententiarum ac dictorum, precumq́; â parente in pietatis cultu ferventiſsimè domeſticos
exercente, præſcriptarum, edidicit, itaqve his pietatis μελέταις id fuit conſecuta, ut ſeipſa poſtmodùm magiſtra utens, & in probitatis curſu
magis magiſq́; profecerit, & in moribus componendis honeſtis ſemetipſam ad qvodvis caſtitatis ac modeſtiæ exemplum proprio virtutis
ſtudio animârit. Qvod & ipſe Dn: maritus oculatus horum teſtis confirmat, ſeq́; piam, ſedulam, nulliuſq́; qvàm honoris maritalis prodi-
gam habuiſſe conjugem ex animi ſententia teſtatur. Uti etiam ipſius Zelum in auſcultatione verbi, devotionem inſuper in repetitâ per annũ
aliqvoties ſacratiſsimâ Cœnâ, & in qvotidianâ ſupplicationum pœnitentialium celebratione Eccleſiæ Miniſtri aliiq́; celebrabunt. Et licet
decimo octavo abhinc die in Eccleſiæ freqventia Corporis ac ſanguinis Chriſti uſu ſe refectum iverit, attamen proximo qvoqve Lunæ
die comitibus canticis ac precibus pijſsimis ex ſingulari mentis devotione ſacrum illud, viatici loco, epulum, reaſſumſit, ſeq́; hac ratione ad
qvasvis tempeſtates ferendas, hilari fronte excipiendas compoſuit & obfirmavit. Aliàs qvoad domeſticas functiones in cancellis ſe continuit,
reculis domeſticis diligentiſsimâ curâ proſpiciens, & debito ſuum maritum amore colens. Cui matrimonio genitricis & cognatorum
præcitu juncta fuit XIII. M. Auguſti anni cIↄ Iↄ c xxvii, ita, ut cum illo non ampliùs qvinqvennio, & qvod excurrit, ſuavem, trinæqve
fœcundam prolis, ſed non viſciacis, exegerit vitam. Filiolus ſiqvidem Godefredus Sigiſmundus in XXI. ſeptimanâ, filiarumq́; prima, Bea-
ta Margaretha, tertio in anno, & altera Anna Sophia in XXIII. ætatis hebdomade vitã rurſus amiſerunt, qvarum natum minimam in ulnis
ſuis mater pientiſsima ſecum jam aufert, Deo conditori ſuo eandem redditura. Morbi principium dies abhinc XI. attulit, horroris, tàm ex
militis adventu, qvàm obitu primogenitæ filiæ, appulſu. Tantùm verò indies violentia febrilis vitiliginibus miſta, corporis vires proſtra-
vit, ut, licet Medicorum peritiſsimus, & qvidam amicorum cariſsimus acciti fuerint, qvi nihil penitùs, qvod reſtituendæ valetudini eſſet
proficuum, intermitterent, facilè tamen fœmina futuri qvaſi conſcia ſibi horam inſtare decretoriam conjectaret. Marito igitur & qvibus
vis amicorum, agnatorumq́; vale vltimum dicta, omniq́; re compoſitâ, inter aſtantium preces calidiſsimas patientiſsimo ſpiritu animam
Salvatori ſuo reſignavit, proximo die Lunæ nocte media ætatis ſuæ anno XXVII. Ut autem in hoc aliàs turbulentiſsimo rerum omnium ſta-
tu ſuperſtiti marito, totiq́; & Schillingianæ & Oetvvinianæ familiæ mutui doloris ſigna edamus, agite cives Academici ſitis in freqventi
funeris deductione illorum omnium triſtitiæ aliqvatenus levamento, & â meridie horâ I. cadaveri juſta perſolvatis funebria. Illud & pieta-
ti conſonum, & marito mæſtiſsimo dictisqve familijs erit gratiſſimum. PP. XXV. M. Octobris Anno cIↄ Iↄ cXXXII.

Typis Hæredum Abrahami Lambergii.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-69179-p0003-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-69179-p0005-6

RECTOR ACADEMIÆ LIPSIENSIS.

Ertiſſimum eſt, neminiq; non obvium inter innumeras virgas juſtitiæ divinæ adminiſtras, qvas ſupremus ille vindex ad iniqvitatum humanarum vindictam exerere conſuevit, & quibus ad enormiſſima flagitia caſtiganda utitur, [illegible] ſſima, ac veluti tri- [illegible] utiratum, aut ju- [illegible] conjunctim in a- [illegible] duo ſodalitio: *Per-* [illegible] tem & idololatriã [illegible] et, Prophetæ in- jungendo: Percu [illegible] ia gladio, fame ac peſte ruituri ſunt. [illegible] um telo omnia in terra concutere ac [illegible] agello veluti triſul- co juſtitiæ ejus tel [illegible] natam eſſe ſcimus. Licet verò hacten [illegible] ratiâ, corpora noſtra nondũ ſtrinxerit; attamen ſat præſentibus vulnerati, ſat læſi, ſi non exſternati ſumus, ut divinam ſi caſtigationem qvis non agnoverit, illum non ſolum ferrei aut lapidei cordis, ſed Diabolici eſſe ingenij credamus. Ne verò & reliqvarum terrificos ac ſpumantes plagarum imbres in nos Deus effundere cogatur, ante ipſum ſupplices ſtemus, ac uno ore omnes delictorum veniam poſcamus, ſic ad effectum cordis ſupremus rerum arbiter æqvos admittet rogatus, ſic pœnarum graviſſimarum vulnera iterum ligabit, ſic nos tandem æternitati ab omni ſangvine aut peſtifero vulnere liberæ omnes conſecrabit.

Ad qvam, in ipſâ plagarum ἀκμῇ, lætiſſimo pervenit animo, fœmina & pietatis & omnigenæ honeſtatis laude coruſcans, MARGARETHA SCHILLINGIA, Conſultiſſimi, & Clariſſimi Viri, Dn: JOHANNIS FRITSCHII J.U.D. & Practici Conjux fideliſſima. Hæc, ut pro more de illius ortu, vitæ curſu, ac exitu, doloris maritalis leniendi causâ piè defunctæ commendationem publicitùs inſtituam9, uſuram hujus caducæ lucis cepit, anno ſupra milleſſimũ ſexcenteſimũ, ſexto, 11. die Menſis Aprilis, hîc Lipſiæ. Parens ipſi9, ut neminẽ noſtrũ fugit, extitit Vir Ampliſſimus, Excellẽtiſſimus, & Experientiſſim9, Dn. SIGISMUNDUS SCHILLINGIUS Medicinæ Doctor, Profeſſor public9, Facultatis Medicæ Decan9, Collegij Beat. Mar. Virginis Collegiat9, Nationis Polonicæ Senior, hujuſq; Academiæ Decemvir &c; ille vir, Hippocratis ſemine proſatus, qvi cauſas ſcrutãdo morbi inquirens eaſdem facilè cognitas optatâ patriâ ſedulitate pernox ac perdius opem ægris monſtrabat, in hoc ſaltem inglorius, qvod illa ipſâ curâ Medicâ proprium producere ac prolongare fatũ minimè potuerit. Matrẽ verò agnovit ἠμακαρίτις Matronam honoratiſſimam, MARGARETHAM, Conſultiſſimi & Excellentiſſimi Viri, Dn. JOHANNIS Oettweins J.U.D. Conſiſtorij Electoralis, ut & Juridicæ Facultatis, Aſſeſſoris, Collegij Principum Collegiati, & Academiæ noſtræ Decemviri filia, cujus genetricis animum hic turbatus mortalitatis ordo immane qvantum turbat. Horum verò parentum ope piè demortua, ſacro fonti Baptiſmatis admota fuit, inqve pietatis ac honeſtatis, nec non omniũ virtutum cultu adolevit, Pſalterium Davidis in lacteo adhuc ætatis flore, ad vnguem, ut & variarum ſcripturæ divinæ memorabilium ſententiarum ac dictorum, precumq; â parente in pietatis cultu ferventiſſimè domeſticos exercente, præſcriptarum, edidicit, itaqve his pietatis μελέταις id fuit conſecuta, ut ſeipſa poſtmodùm magiſtra utens, & in probitatis curſu